



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia**

**Erasmus, Desiderius**

**Erphordie, 1520**

**VD16 B 4591**

Capvt. XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34488**

MATTHÆVM. Fo. XXVII.

liges dominum deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, & in tota mente tua: Hoc est primū & magnum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mādatīs, vniuersa lex et prophetæ pendēt. Congregatis autem pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, dicens? Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis: Donec ponam inimicos tuos subfellium pedum tuorū. Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere quicquā, neq; ausus fuit quisquam ex eo die eum amplius interrogare.

¶CAPVT. XXIII.

Vnc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, dicens: In cathedra Moysi sedent scribæ & pharisæi. Omnia ergo quæcunq; iusserint vos seruare, seruate, & facite: secundum opera vero eorum nolite facere: Dicunt enim, & non faciunt. Colligant enim onera grauiā difficiliaq; portatu, & imponunt in humeros hominum, cæterum digito suo nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua faciunt, vt spectentur ab hominibus. Dilatant autem phylacteria sua, & magnificant fimbrias palliorum suorum. Amantq; primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi. Vos autē nolite vocari rabbi. vnus est enim magister vester, nempe Christus: omnes autē vos fratres estis, Et

F

patrē nolite vocare vobis super terrā, vnus est enim pater vester  
 qui in cœlis est. Nec vocemini magistri, vn⁹ em̄ vester est magi-  
 ster. nēpe Christus. Qui maior est vestrū, erit minister vester. Qui  
 autē se exaltauerit, hūiliabit: & qui se hūiliauerit, exaltabitur. Væ  
 autē vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnū cœ-  
 lorū ante hoīes: vos em̄ non intratis, nec aduenientes finitis intra-  
 te. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia comeditis do-  
 mos viduarū, dū sub prætextu precib⁹ prolis precamini, prop-  
 ter hoc plus accipietis damnatiōis. Væ vobis scribæ & pharisæi  
 hypocritæ, quia circūditis mare & aridā, vt faciatis vnū profelytū:  
 & cū fuerit factus, facitis eū filium gehennæ duplo magis q̄ vos  
 estis. Væ vobis duces cæci, quia dicitis: quicūq; iurauerit per tē-  
 plū, nihil est: qui autē iurauerit per aurū tēpli, reus est. Stulti & cæ-  
 ci, utrū em̄ maius est: aurū, an templū qd sanctificat aurū: Et qui-  
 cūq; iurauerit per altare, nihil est: quicūq; autē iurauerit per do-  
 nū quod est super illud, reus est. Stulti ac cæci, utrū em̄ maius est,  
 donū, an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurauerit per  
 altare, iurat per eū & per oīa quæ super illud sunt. Et qui iurauit  
 per tēplū, iurat per illū & per eū qui habitat in ipso. Et qui iu-  
 rauerit per cœlū, iurat per thronū dei, & per eū qui sedet super il-  
 lū. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia decimatis men-  
 tham & anethum & cymīnū, & reliquistis quæ grauiora sunt le-  
 gis, iudiciū & misericordiā ac fidē: Hęc oportuit facere, & illa nō  
 omittere. Duces cæci, excolantes culicē, camelū autē gluentes.  
 Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia purgatis exteriorē

MATTHAEVM. FO. XXVIII.

poculi patinæq; partē: ceterū intus plāna sunt rapina & intem-  
 perantia. Pharisæe cęce, purga prius quod est intra poculū & pa-  
 tinā, vt & exteriores horū partes puræ reddant. Væ vobis scribę  
 & pharisæi hypocrite, quia similes estis sepulchris dealbat̃, quę  
 foris qđē apparēt speciosa, intus vero plena sūt ossib⁹ mortuorū  
 omniq; spurcitiā. Sic & vos, foris quidē apparetis hominib⁹ iu-  
 sti, intus autē pleni estis fictione & iniquitate. Væ vobis scribę &  
 pharisæi hypocrite, quia ædificatis sepulchra prophetarū, & or-  
 natis monumenta iustorū, & dicitis: Si fuisset⁹ in diebus patrū  
 nostrorū, non fuisset⁹ socij eorū in sanguine prophetarū. Itaq;  
 testimonio estis vobismetipsis, quod filij sitis eorū, qui prophe-  
 tas occiderunt. Vos quoq; implete mensurā patrū vestrorū. Ser-  
 pentes, progenies viperarum quō effugietis iudiciū gehenne?  
 Ideo ecce ego mitto ad vos ppheras & sapientes & scribas, & illo-  
 rū aliqđ occideris crucifigetisq; & illorū nōnullos flagellabit; in  
 synagogis vestris, & psequemini de ciuitate in ciuitatē, vt veniat  
 super vos oīs sanguis iustus, qui effusus est super terrā, a sangui-  
 ne Abel iusti vsq; ad sanguinē Zacharię filij Barachię, quē occi-  
 distis inter tēplū & altare. Amen dico vobis: venient hæc oīa su-  
 per generationē istam. Hierusalē, Hierusalē que occidis prophe-  
 tas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties volui congrega-  
 re filios tuos: quēadmodū gallina congregat pullos suos sub alas  
 & noluitis? Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Dico  
 enim vobis, haudquaquā me videbitis post hac, donec dicatis: Be-  
 nedictus qui venit in nomine domini.

F ij